

SLUB Dresden

zell

**Hist.
Sax.C.
987,24**

m058 | MAG

Zell 1, Flose, MAG, 73

Montg. Zing

1x

3X

LESSUS CHARITUM,
Super Beatum Obitum,

*Celsissima quondam & Pientissima PRINCIPIS
ac DOMINÆ,*

DN. SOPHIÆ-HEDEVVIGIS,
Ducis Slesvvigæ, Holfatiæ, &c. &c.

ILLUSTRISSIMI PRINCIPIS ac DOMINI,

DOMINI MAURITII,
Ducis Saxoniae, Jul. Cliv. & Mon-

tium, Landgravii Thuringiae, Marchionis Misniae, nec non
Ultrijsq; Lufatiæ, Comitiss de Marcâ & Ravenspurg,
Dynastæ in Ravenstein, &c.

UXORIS LONGE DESIDERATISSIMÆ,

Ex hac ærumnosâ mortalitatis labe ac tabe, exantlatis rigidissimis
partûs felicis paroxysmis, placidè inter preces
& lacrymas Suorum,


XXV. Septemb. Anno Salutis MDCC LII.

Ad Superos evocata,
humiliter representatus,



1652

Tobiâ Hauschkonio, T. B.



DRESDÆ, Typis Seyffertinis.

237



AGLAIA.

En, SOPHIA-HEDWIGIS, Sophiæ tumulatur in Aede,
Quæ pia MAURITII Principis Uxor erat;
Non secus ac Rachel, partûs superata dolore
Sub nixu *alterius Filioli*, occubuit.

Heû fatum infelix! ut *Proles* vivat in Orbe

Ergonè *Matrem ipsam* mortem obiisse decet?

Hoc doluit quondam Patriarchæ, credo, Jacobo:

Hoc dolet et *Nostro*, post tot acerba, *Duci*.

Sed doleat modicè, methodus ne fortè JEHOVÆ

Quam dedit, aut Sancti quam coluère, cadat.

NUMINIS *æterni* procedunt talia *nutu*,

Hoc sine nemo potest vivere, nemo mori.

EUPHROSYNE.

Est verè Vitis *Pia Consors* sive Marita,

Ceû Nos Davidis cantica sacra docent.

Nec malè sub Vite hac Vitæ exercetur honestas

Qualis Judæis sub Salomone fuit.

Quin, Jonas velut est hederâ exhilaratus amœnâ:

Sic *Uxore probâ* qui recreetur, habet.

Tu PRINCEPS habuisti etiam *Celsissime* nuper!

At quid dixi, habuisti? imò perennis habes:

Vivit enim in Superis *Tua Chara Marita* Theatris;

Et vivet, donec vivet in Axe DEUS.

Heû quantam seriem videt istic *Illa* Piorum!

In quibus & *Vestri* connumerantur *Aui*.

Nec

5X

Nec videt *Hos* tantum, sed & amplexatur ovantem
Filiolum, Comitem Municipemq; DEI.
Gaudia quin etiam MESSIÆ parta Cruore
Percipit, Angelici portio facta Chori.
Desine flere igitur DUX *Illustrissime*, Conjux
Namq; Tua haud periit, sed Patriam petiit.
Patria nostra DEI *Domus* est: nimis ille beatus
Quisquis erit tantæ pars quoracunq; Domûs!

THALEIA.

Sub Personâ B. PRINCIPIS defunctæ.
Dum pario haud pereo, præeo sed ad Atria Cæli,
Vivit ubi *primus* jam quoq; *Filiotus*.
Alter at ut mœsto præstet solatia PATRI,
Usuram hîc vitæ, Me moriente, capit,
O capiat longos, IOVA tribuente, per annos,
Sit testisq; DEI, mnemosynonq; Mei!



EPITYMBIUM.


Quo SOPHIA-HEDWIGIS tumulo requiescit, in illo
Fida simul Pietas Integritasq; jacent.
Quid stas attonitis, Spectator, sensibus? annon
Princeps Nostra istis dotibus aucta fuit?
Si Probitas Mortem, vel Virtus ulla moveret,
Debuit æternos *Illam* videre dies.
Sed videt! at nō hîc, sed in Aethere; CHRISTUS ubi *Illam*
Afficit optatis perpetuisq; Bonis,

NB.

NB, Mundanæ Vanitatis Gnorisma;

V In' scire, immundi, quæ sint *Insignia* Mundi?
Hoc, rogo, *Schema* sequens volve, revolve frequens.

ORIENS.



OCCIDENS.

ERGO

Mortalitatem cogita,

Æternitatem pensita,

Beatitatem flagita,

Ut JOVA vult *vivas ita!*

F

I N I

S.

987.24

7X

H. Sax. C. 987, 24

Dieser Band wurde *2006*
durch Bestrahlung sterili-
siert. Verfärbungen stellen
keine Gefahr dar.

SLUB Dresden



3 2202157